

AD ILLVSTRISSI-
MVM PRINCIPEM AC DO-
MINVM D. IOACHIMVM ERNE-
STVM Principem Anhalinum & Ascanium &c.
Nec non ad Illustrissimam Cels: ipsius Coniugem
Puerperam, Dominam ELEONORAM Ducis-
sam Vuirtembergensem &c. sobolemq; An-
haltinam uniuersam, Dominos suos
clementissimos,

Scripta Gratulatio & Votum

M. ABRAHAMI FLRICI.

Ob recens natum Principem Bern-
hardum XIII.

M. D. LXXI.

Sap. XI.

Omnia in mensura, & numero & pon-
dere disposuisti.

VVITEBERGAE
EXCVDEBAT LAVREN-
tius Schuuenck.

Annus
Christi,

1574

T *V* **V** *E* **T** *V* **S** **A** *N* **H** *A* **L** *T* **I** **N** **A** **D** *O **M** *V* **S**: letare vis
Et valeant luctus tristia signa tui. (cissim,*

Hunc tibi perpetuo memorandum, candidus anni

Calculus, & sacro signet honore, diem.

Pro **TRIPLICI** venere tibi **TRIA** gaudia luctu,

Esto memor numeri Sponse, Marite, Parens.

Ille tuæ numerus domuiq; tibiq; tuisq;

Vel bona uel nimium tristia sepe tulit.

Non **TRIA** Parcarum, Charitum nec numina **TRINA**,

Tres nec Opis pueros numina ficta time.

Sed tu sancta **TRIAS**, **TER** sancto nomine numen,

Sancte Pater, viuax Flamen, Imago Patris.

Esto sacre domui bonus: Et tua flexilis ira

Fata regat, noxas hinc procul ire iubens.

TERTIVS & decimus tandem processit in auras,

Bernhardus fratres **TERTIVS** inter adest

TRES simul inueniens hac ipsa in luce sorores

Et Pater in thalamo **TERTIVS** ipse suo est.

Cuius adhuc ardent sociarum corda duarum,

Quarum hæc in terris, altera in arce Poli est.

Anna Maria & Elisa soror, soror hisq; Sybilla,

Compleuit numerum, nomina **TRINA**, suum.

Forsitan & fatale redit tibi nomen Anhalte,

Bernhardi celebris gloria fortè redit.

Auxerat Albertus patriam Brennonis honore,

Bernhardus titulos auxit honore nouo.



Saxonia



ANHALT DV WEIT BERVNER NAM, Jar Christi
Du bist ein Gottgeliebter Stam. Stiz 1571

Drumb sih vergis der freuden nicht /

So dir dein Gott hatt zugericht /

Der dich betrübt drey mal im Jar /

Nim auch nun dreier freuden war.

Auch nim die zal zu herzen dein /

Es möcht etwas darhinder sein.

Drey Parcas vnd drey Charitas /

Mit Opis Kindern faren las.

Allein du HERR als kanst vnd weist /

Gott Vater / Son / heiliger Geist.

Sei gnedig vns / dein zorn behendt /

Vnd böß bedeutung von vns wendt.

Bernhart der dreyzent dieser frist

Der drit vnter sein Brüdern ist.

Seins Vatern Gemahlen rechne mit /

So ist er mit in auch selb drit.

Dern eine lebt auff dieser erdt /

Die ander ist im Himmel werdt.

Anna Maria Elisabeth :

Sybilla jede drey Schwestern het.

Auch ist der nam Bernhardi zwar /

Dem Haus Anhalt bedenklich gar.

Die Chur Sachsen nam Bernhart ein /

Brandburck ererbt der Bruder sein.

A ij

Hark!

Saxoniae clarus titulo Septemuir in ora,
 Henricum Ascanio iussit honore frui.
 Ut quater insistent galeae TRIA signa sinistra,
 TRES galeas Clypeus TER TRIA signa gerit.
 Et quia militiae magno reputantur honores,
 Militibus clara est & domus ista TRIBVS.
 Versus erat fortis, Bernhardi fortior ausus,
 Et similes ausus fide Rodolphe tui.
 TRES docuere fidem tibi Magnus Episcopus frater
 Audolphe atq; humilis nonne Guilelmus erat?
 Praesidibusq; sacris quos insula sancta notauit.
 Henrici est primi clara propago TRIBVS.
 Vuoldemar, Ernestus Clari, cum fratre Rodolpho,
 Id quod in his terris prisca moneta monet.
 TERTIVS ipse etiam numerabat cara sororum
 Vuoldemaris natus nomina sola duo.
 Quotidie repetens deuoto Symbolon ore:
 Sancta TRIAS fer Opem, Sancta TRIAS fer opem.
 Et Ioachimus erat frater Iani atq; Georgij
 Vna TRIVM probitas, Vna fidesq; TRIVM.
 Carolus, Ernestus, Bernardus nomina fratrum,
 Et natus constat TRES numerasse patrem.
 Nunc Pater Ernestus iunxit tibi Iane Georgi
 Bernardum fratrem Christigenamq; duos.
 Non genitor, sed Sancta TRIAS TRIA numina iunxit,
 Et sola praesto est TERTIVS huius ope.

Ille

Hark/ Marck vnd Sachsen waren zwar
Anhaltisch fast drehundert Jar.
Daher der Fanen drehmal vier/
Neun Feld/dreh Helm des Wapens zir.
Dreh Helden gros vnd auserkorn
Seind auch aus diesem Haus geborn.
Albert der Beer Bernhardi muth/
Fürst Rudolff das getrewe Blut/
Dreh Brüder lerten Gottes Reich
Ernest/Magnus/Ludwig zugleich.
Zu Bischoffs ampt sind auch erkorn/
Dreh aus Fürst Heinrichs Blut geborn
Woldmar/ Ernest/ Fürst Rudolff Son
Die dreh zusam gemünket han.
Man zel Fürst Wolffgangs Schwestern mit
So ist er auch im geschlecht selb drit.
Sein wunsch vnd ruhm war allezeit/
Hilff du heilige Dreyfaltigkeit.
Johan/ Georg/ Joachim in dem Reich/
In Brüderschafft nicht hetten gleich.
Fürst Johansen Sön sind auch nur dreh/
Dern zweien Gott gnedig sey.
Ernestus hat zu diesem mal/
Erreicht mit Kindern gleiche zal.
Die wole Gott fristen mit genad/
Der sie allein gegeben hat.

A iii

Zu

Ma nocte etiam nati, (Dij fata secudent)

TRES famuli Dominus natus ut iste fuit.

TRES domui haeredes annus produxerat Vnus

TRES vocat ex eadem maesta Elegia domo.

Sancta TRIAS, veneranda TRIAS, ter sancte IHHOVA,

O DEVS, haec videat mitia fata domus.

Ascanius nunquam cesset de sanguine sanguis.

Pectore qui fido numina TRINA colat.

TRES pueri ludant viui genitoris in aula,

Conueniant fato nomina TRINA bono.

TRESq; TRIBUS pueris, & Tres TRIBus adde puel-

Qui DEVs huic domui TRINus & VNus ades. (lis

1571. MATRE LEONORA NATVS VIVAT BEREN

HARDVS,

1571. SOLAMEN PATRIAE DVX BONVS ESTO

SVÆ.

AMEN.

Sapient. XI.

Omnia in mensura & numero & pondere
disposuisti.



Zu Dessen gleich in einer nacht/
 Mit Bernth drey Kinder zur Welt sind-bracht
 Gott in ein Jar drey Erben gab/
 Drey Fürstlich personen fordert ab.
 Darumb du heilige Drenfaltigkeit
 Behut dis Haus für gefahr vnd leid/
 Las nimmer nicht gebrechen dir/
 Anhaltisch Blut dem land alhier.
 Las diese Brüder alle drey
 Geraten wol/sie beneden/
 Vnd ist es dein Väterlicher wil
 So gib vns des gedritten viel.

NVN LAS DER TREV VND GVTE

1571.

DEIN,

MVITTER VND VATER BEVO-

1571.

LEN SEIN.

AMEN.

Capi: XL.

Aber du hast alles geordnet mit mas/zal/
 vnd gewicht.



NVPTL

NVPTIIS
 ILLVSTRISS: PPRINC: AC
 DD: DOMINI IOACHIMI ERNESTI
 Principis Anhaltini &c. Et Dominae ELEONO.
 RAE Ducissae Vuirtemb. Vorum.

M. A. V. C.

Scriptum mense Maio anno eodem.



*SI bonitas DOMINI iustæ supereminet iræ,
 Si fauor obscuri nubes transcendit Olympi,*

Sig.

Siq̃ Deo curæ est hominum, cordiq̃ redempta,
Quam sibi de nostro sociavit sanguine massam
Factus homo, qui triste Chaos qui condidit orbem,
quo stabant mandante simul quæ stare volebat:
Improba cur dubiam percellit opinio mentem
Mortales tantum misero superesse dolori,
Quæ putat, insimulans truculenti inuisa furoris
Numina, quem flectat neq̃ uis neq̃ vota rogantum?
Parce Deo vesane furo r, quia numina turbant,
Vt tandem lachrymis succedant læta vicissim
Gaudia, quæ tardo dominantur deniq̃ luctui.
Vt noctis superat tenebras lux aurea Phœbi,
Vtq̃ æstas sterilem fecundo lumine brumam,
Ipsam etiam mortem superantis gloria vitæ.
Interea moritur coniunx, & coniuge gaudet
Sponsa nouo, sponsusq̃ noua qui coniuge gaudet,
Gaudeat ut possit viduus doluisse vicissim,
Vanus hic est mundus, mundi sunt gaudia vana.
Alter ad alterius tumulum comitetur oportet.
Alter ad alterius caueas succumbere casum,
Gaudia sed luctus rapidas moderentur habenas.
Grata quies veluti membris noua robor a præstat,
Dum gelidæ fessos mortis soror occupat artus,
Præcipitate rues tandem sub Tartara mæror.

Eluctare igitur luctu Ioachime sinistro,

B

Esto

Esto memor quoties gemitus solarer inertes
Amiffas viduo memorantis pectore dotes
Plura Deo superesse, tibi quam contulit unquam
Prona Dei bonitas, tantum tua pectora, palmas,
Murmura, torqueres sursum, gemitusq; metumq;
Numinis in gremio sineres requiescere summi,
Idq; prius geneses quam cura euolueret omnes
E quibus assuetæ fidei noua nupta veniret.
Exigit Ernesti nomen viresq; virumq;
A Domino cunctisq; dari sua robora rebus
Fatali ostendit Ioachimi nomine numen.
Cumq; Deum vincant pietas & vota rogantum,
Ipse tuam sobolem, populi tua vota iuuabunt,
Vis ea supremi penetrabit in abdita cæli,
Iuncta Dei virtus animum, transibit in vnum,
Funde preces ERNESTE Deo, carissime Princeps.

Summe Pater, verbumq; patris cum flamine sacro,
Vna Trium Deitas specimen trinum at vigor vnus
Nomine adorandus triplici, substantia simplex,
Ardua qui torques regali sydera nutu,
Viuficans sterilem viuaci lumine mundum,
Qui mare, qui terras, terræ qui tristia lustras
Tartara, qui turbas, turbataq; corda vicissim
Exhilaras, Orco trudens, releuansq; sub auras,
Et cuius proprium miserando parcere mundo est,

Vis

Vis tua de terræ limo produxit Adamum,
Cum nihil esset homo, sterilis cum gleba iaceret
Ante tuos oculos, aptabas carnibus ossa
Cœlitus inspirans diuinam naribus auram,
Aura agitat molem, vitam miratur & ortum,
Et quod terra fuit, numen sapienter adorat.
Mox sociæ ignaro bonitas tua condidit Euam,
Humani matrem generis, quæ exemtilis ante
Costa duplex fuerat, sed non nisi Numinis arte
Demtilis, absq; viri interitu laterumq; recentum
E latebris, somno prorsus dum negligit hortum
Et dorso vertebra iugum dum cogit in vnum.
Hoc viua assurgit paulatim ex osse virago,
Exemplumq; Dei sterili quoq; luxit in osse,
Luxit vt in nostri generis scaturigine terra,
Cumq; hominem nesciret homo, tua prouida cura,
Cura Dei adduxit sociam, noua gaudia vitæ,
Tu pater & paranympheus eras, socer, atq; Sacerdos,
Conditor atq; vtriusq; DEVS benedictio sacro
Ore tuo sonuit, tu munera grata dedisti,
Promittens quæcunq; hominum vita exigit vltro.
Te coluisse Deum mandans, generisq; ruinam
Vna in carne duos licito præuerrere amore,
Rura coli, atq; hominum repleri semine terras.
O Deus ô veneranda trias, essentia simplex,
Hac tua me bonitas produxit origine prisca,

Informem cæco claudens in viscere guttam,
Organa disponensq; animæ viuentis ad actus,
Cælestiq; animans feruentem flamine molem,
Cuncta Palimpsesto mea fata diesq; notasti.
Cum fierem, neq; me fieri tamen ipse viderem,
Sed paterer quod me fieri tua cura iubebat,
Ante mihi de luce tua quam constitit, ante,
Quam mihi sufficeret compleris mensibus artus.
Respice plasma tuum, viduum meprisce creator,
Respice, quid dederis meminui, quam fata vocarint,
Et mihi quàm nil sit compertum suauius vnquam.
Et soboles similem sit vix habitura parentem,
Et populi Dominam, similem vix dula Magistram.
Sæpe ego virtutum decus admirabar, & intus
Pectora sollicitum trutinabant anxia pondus,
Ecce tibi veniunt suavi cum coniuge cuncta,
Ecce tibi Domini quam sit benedictio prompta,
Pignora, diuitiæ, cum, sufficientia, victu,
Atq; timore Dei, nihil est quod habere preceris,
Quàm bonitate frui tanta, Dij vota secudent:
Dic mihi, si sociam cælo sua fata vocarent,
Quid faceres? ô te miserum, ô tua pignora, terras,
Et populum: obstupui, gelidus sine sanguine torpor
Et tremor exanimi dominari corpore cæpit,
Ac quamuis tua me bonitas meliora iuberet,
Credere mens præsaga tamen meliora negabat,

Lucretia

Lucta erat in pavidōq; diu mihi pectore, vicit,
 Iam spes, iamq; metus, superest patientia tantum,
 Dura quidem poscens, & non nisi tristia monstrans,
 Illa iubet calicem Domini potasse sodalem,
 Meq; meosq; omnes: nihil est quod fata recuses:
 Heu quam difficile est ipsum se vincere, vici,
 Me vincente Deo, gemitus, lacrymaeq; stupori
 Subuenere meo: Quid me nisi sola superstes,
 Gratia sustentare Dei bonitasq; valeret?
 Nam tua pro meritis, vindex me dextra premebat,
 Quæ tamen in media solatur corda ruina,
 Duriter heu nimio quassu ne fracta resultent,
 Sancte Pater: Quid enim Pater est, nisi corda parentis
 Prædominentur? amor meritam nisi corrigat iram?
 Respice me viduo prominentem pectore fletus,
 Aduersas cæli penetrent mea murmura nubes,
 Sit mea vita Deo curæ, sit & orphana pubes,
 Quam mihi rellequit viua de carne meum Cor
 Et desiderium, suavis mea CHEV ZIBA quondam,
 Non mea dispereat laqueis innexa Iuuentus
 Solertis Sathanae, noua nec mihi crimina pœnas
 Accumulent, nostræq; domus miserare ruinam,
 O nostra de gente, Deo, de sanguine nostro
 Deficiat nunquam, series sacrata Nepotum.
 Quæis cordi pietas, quibus & sit curia curæ,
 Atq; salus populi, procul hinc malesuada libido,

Nam DEVS ut casto letatur pectore sanctus,
Sic premit ira DEI populos anathemate fontes.

Da mihi da sociam vitæ mihi gaudia redde,
Redde piam, mihi redde piam, tu adducito sponsam,
Sancta TRIAS vnum Numen, Tria nomina sancta.

Dixerat & prono facilis DEVS annuit ore,
Pondus habent lamenta viri, iubet illico Numen
Illustres lustrare domos Comitumq; Ducumq;
Antiquas Regum series, & prisca potentum
Stemmata, si qua fides terræ, sapientia virtus,
Religionis honos, grauitas, moderatio, forma,
Scilicet huic veniant pro quo Deus ipse laboret,
Pro quo transmittant insomnes Numina noctes.
Fallitur impietas sacro sine Flamine credens,
Consilioq; coire Deum duo pectora amantum,
Ambigua vel sorte regi connubia, rerum
Attribuensq; vagis atomorum fluxibus, ortu.
Nonne tibi ductore Deo venit vxor Adame?
Quam tibi nullius monstrarant somnia noctis,
Sponsa Deo ducente venit, cura ista supremi
Numinis haud hominum est, hominem non viderat ante
Primus homo, sociare homines cum Numina vellent,
Ergo licet variæ varijs sperentur amicis,
Spes hominum fit vana tamen: pia Numina vincunt,
Virtutem

Virtembergiademq̃ viri sociare puellam
Concludunt thalamo, licet hanc nec viderat antè
Infelix viduus, traherent quàm Numina mentes,
Scilicet his ducibus licitos cito concipit ignes,
Christophori pietasq̃ patris monet inclyta mentem
Ingenui iuuenis, grauitas, prudentia, nomen,
Vllius haud vnquam cantataq̃ carmina quantum
Conuenit, & quantum de religione meretur.
Gloria calcar habet, Soceri stimulatur honore
Inclyta vis Generi, sufflant sacra flamina flammæ,
Scilicet hoc optat socero vel lumine casso
Posse frui pariuntq̃ novos noua gaudia motus,
Spesq̃ iubet durare virum, pia soluere vota,
Consilioq̃ frui, coëant quo deniq̃ amantum
Lumina luminibus, iungi pia pectora tandem
Pectoribus videant oculi, siq̃ audiat auris,
Id quod amare velis Heuam monstrabat Adamo
Adductam vigili, quam nec vigilante crearat,
Nec cernente viro, fecundi fœderis autor.
Consilium præsto est, vrgent iter vndiq̃ amici,
Et quæ fata trahunt eadem vis nulla retorquet,
Conuolitant vltro comites, sobolesq̃ parentem
Prosequitur cinctum gemitu, dat brachia circum,
Osculaq̃ infigit labris, Dij cæpta secudent,
Murmura cum lacrymis populus diffundit in auras
Spemq̃ metumq̃ inter summum prece pulsat Olympum.

B 4 Nulla

Nulla sonus patitur diuos dare lumina somno,
Donec in excelso cælum Iouis intonet ore,
Ille iubens auras præstare silentia dictis,
Et gemitus cessare hominum, sic protinus infit.
Ille ego qui vestrum turbo mærore Dynastam,
Et patriam sacro priuari munere feci,
Flereq; dilectæ miseranda ob fata parentis
Consilio sobolem magno, quod deniq; prodeunt
Tempora, constitui tristem meliore vicissim
ERNESTVM recreare bono, sed & optima pridem
Mensus eram, nunc plura etiam cumulare coëgit
Grata hominum pietas, luctus mærorq; valete,
Lætitia tandem luctum pia Numina claudunt.
Vt qui vino onerat mensas meliore secundas.
Ecce LEONORÆ vultum placuisse marito
ERNESTO volui, petit hunc sibi sponsa maritum,
Esse vtriusq; Deus, pater esse vtriusq; studebo,
Pectora pectoribus iungam, socientur amores:
Quos iungit sociatq; Deus, non separat vnquam
Vis malefida Deo, sacer hic mihi sponsus & Vxor.

Tu cælum tu terra meis seruire ministris
Sis memor, arceto pluuias & fulmina Phœbe,
Quæ noceant, largos fundant vineta liquores,
Horrea vix capiant segetes, Cherusca metallum
Fundito terra nouum, repleantur p'sce fluenta,

Indigeat

Indigeat fulcris arbor, & compita montes
 Mirentur fœni varios: dent flumina fœta
 Lactis oues, & mellis apes, pax aurea regnet,
 Regnet in hoc pietas thalamo, concordia, storge,
 Religionis amor, cum religionis honore,
 Dormiat in fidi gremio Rex ipse coloni,
 Et patriæ pietatis amans, & cultor, & hæres,
 Ascanius Patrio decedet sanguine nunquam
 Progeniem sine fine dabo. Latere iuventus,
 Sat tristata diu, finis sit deniq; luctus,
 Ecce tuam matrem venerantur sydera sursum,
 Hac tibi matre noua, noua sint tibi gaudia præstò,
 Cuius ego cor & ora regam, velut ante regebam
 Accendens sacras materno in pectore flammæ,
 Corda mihi Regum, matrum mihi pectora parent,
 Eq; manu Domini veniunt pia pectora nunquam,
 Ignis in hac Domini sacrata luceat æde,
 Sic domus atq; focus Domini, venerandus Anhaltus
 Inq; domo sponsa pietas non desit & hæres,
 Sisq; focus Domini mea Vuirtembergæ, valete.
 Dixerat, & mundum fragranti impleuit odore,

FINIS.

Annus

Annus Christi

ERNESTVS DVXIT ELEONORAM,

Aliter.

*Maius habere facit dederat quod Septima Iani,
Annos LVX MVNDI denotat ipse suos.*

Aliter in vtroq;

ERNESTVS HELENAM DVXIT,

pia fata precamur,

ET PRÆSTANS VIRTUTE LEENA
DOMATUR AB VRSO.

Item.

1. May.

Den ersten May sich auff's new

1571. ANHALT VND WIRTEMBERG ERFREV.

1571. VND DAS ZVSTETER LIEB VND
TREV

1571. GOT GVTEN RAT VND MVTH VERLEI:

821. DAS VVVNSCH HERTZLICH AN ALLE
REV,

5534. Wer diesem Haus ist holt vnd tress.

CANON:


*Primus habet mensem, quatuor dant tempora Mundi,
Quisq; trium Christi tempora certa docet.*

FINIS.

QX Xb 194

X 2206828

22.1




Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------



Xb
194

VSTRISSI
CIP EM AC DO.
ACHIMVM ERNE.
Anhaltinum & Ascanium &c.
nam Cels: ipsius Coniugem
m ELEONORAM Ducis
ensem &c. sobolemq; An.
rsam, Dominos suos
entissimos,
ulation & Votum
AMI VLRICI.
n Principem Bern
m XIII.
LXXI.
o. XI.
a, & numero & pon
isposuisti.
BERGAE
AT LAVREN
chuuenck.

